in et super tota et integra medietate bonorum suorum omnium hæreditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium, Summarumque quarumvis pecuniariarum, tum auri argenti, Vestium, Vestimentorum, pecorum pecudum, Equirez ac tandem Suppellectilis Domesticæ. dedit, dotavit, dotalicavit, inscripsit, et reformavit, quemadmodum dat, dotat, dotalicat, reformat, inscribit, et assecurat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum bonorum tum rerum suprascriptarum, eadem Consors sua, cum omni eorundem omnium iure Dominio proprietate, ac quavis prærogativa, simulque omnibus et singulis proventuum utilitatibus, fructibus, emolumentis, proventibus, redditibus, attinentijs, et pertinentijs quibus universis Nihil excipiendo, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice utifruetur, more ac iure aliarum reformationum hactenus et deinceps in Regno observari solitarum.

Iwan Maitkowski Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Iwan Maitkowski Kinarowicz Sanus mente et corpore existens, a Terrestribus Castrensibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Præsentique vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum præsentem attinet, secum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam publice ac expresse recognovit Quia ipse pro Nobili Anna Nobilis Stryi Sudzowicz Maitkowski filia Consorti suæ legitimæ, eiusque Consortis Summam Sexaginta florenorum pecuniæ polonicalis ratione veri dotis ex expeditionis per ipsam acceptæ et in domum suam importatæ. Necnon similem aliam Summam Sexaginta florenorum pecuniæ polonicalis ratione veri, iusti et liquidi Dotalicij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum. Tum auri argenti Vestium Vestimentorum

tum auri, argenti, Clenodiorum, Vestium, Vestimentorum, pecorum, pecudum, Equirez, ac tandem Suppellectilis Domesticæ, dedit, dotavit, dotalicavit, inscripsit, et reformavit, quemadmodum dat, dotat, dotalicat, reformat, inscribit, et assecurat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum bonorum, tum rerum suprascriptarum, eadem Consors sua, cum omni eorundem bonorum iure Dominio proprietate, ac quavis prærogativa, simulque omnibus et singulis proventuum utilitatibus, fructibus, proventibus, emolumentis, redditibus, attinentijs, que et pertinentijs quibus universis, Nihil excipiendo, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice utifruetur, more ac iure aliarum Reformationum hactenus et deinceps in Regno observari solitarum.

Reverendus Orzel Societatis IESV Collegij Præmisliensis Sorori suæ Germanæ Donat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Reverendus Leo Orzel Societatis IESV olim Generosi Borescy Joachimi Orzel, cum Generosa olim Anna Supinowska procreatus filius, Una cum Admodum Reverendi Petri Starczewski Rectoris Collegij Præmisliensis Superioris sui personali assistentia, et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Sanus mente et corpore existens, a Terrestribus Castrensibus Iuribusque Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Præsentique vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmisliensi quo ad actum præsentem attinet, secum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et hæreditaria infrascripta, videlicet totales et integrales sortes suas in Villa Stanislawczyk

dowiszczyzna, ad flumen Navigabilem Szoze dictum, Nec non sortes in Villa Borki et Dzieszary jacentes, in Palatinatu Mscislavien. Districtu vero Krzeczowien. consisten., atque etiam Domos duas, in Civitate Krzeczowien. situatas, cum areis, in quibus eaedem Domus exstructae, eiusdem olim Gen. Parentis sui proprias, in se vero recognoscen., post praedictum olim Gen. suum Parentem suum Iure Divino et naturali Succedere, erga alios consuccessores sui devoluta, sibique iure hereditario cessa, Cum omni plenissimo iure Dominio et proprietate, hereditate, tituloque hereditario, cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, obventionibus, Agris, pratis, Campis, Sylvis, Borris, Gais, rubetis, Nemoribus, fluviis, fluminibus, Stagnis, lacubus, Piscinis, Molendinis, Libertis, omnibusque laboribus, censibus, Dationibus Vectigal., muniis, officiisque, et obsequiis quibusvis attinentiisque et pertinentiis bonorum praefatorum generaliter universis, Nihil exceptis iuris Dominii proprietatis, Haereditatis, ac cuiusvis competentiis et praerogativis, pro se et suis Successoribus aut alio quopiam reservando, seu excipiendo, Verum ita late longe circumferentialiterque, prout praefata bona, se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt, et protenduntur, et prout eadem bona ipsemet recognoscens, tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, et eidem serviebant, Iam ex nunc et de facto Gen. Apollonia Orlinna Virgini Sorori suae Germanae eiusque Posteris, dedit, donavit, inscripsit, et resignavit, prout per praesentes, dat, donat, inscribit, et resignat, ac titulo puro, mero, perpetuo, et irrevocabili Donationis inscribit, et resignat perpetuo irrevocabiliterque. Et tam ex nunc idem recognoscens, eadem Gen. Sorori suae, ac eius Posteris

inbona

in bona praefata praesentibus Donata Coram Officio praesenti, dat et ad mittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles Duos, die quacunque voluerint officiose accipiendam, per ipsam Gen. Apolloniam Orlinna, Virginem Sororem et Donatariam suam ac eius Successores, tanquam veram et legitimam bonorum eorundem haereditariam, bona eadem praesentibus resignata, tenendi, habendi, possidendi, Ministerii pacifice et quiete utifruendi, ac ad usus suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, Diuturnis temporibus, personalis Inscriptionis Donationisque vigore.

G. Chwałecki Piątkowskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Gen. Lucas Chwałecki, olim Gen. Benedicti Chwałecki filius, et Successor suus pro interesse legitimus Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castren. Capitan. Premyslien. quo ad actum praesentem attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et pleniarie incorporando, atque subiciendo palam libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse de totali et integra summa Quatuor Millium floren. pecuniae polon. ex summa originali Viginti Sex Millium floren. pecuniae polon. per Magnum olim Nicolaum Raphaelem a Stemberg Kostka Mar-gebur. Capitaneum praenominato olim Gen. Benedicto Chwałecki Parenti suo recognoscentis, modo simplicis debiti coram Actis Terrestribus Premyslien. inscripta, et post mortem vero et decessum de hac luce praefati Gen. Benedicti Chwałecki Parentis sui

inse